Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-592044-p0001-5

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-592044-p0002-1

96.
109

EPITHALAMIA

Fauſtis, & ſecundis Nuptiis Præſtantiſsimi, & Integerrimi VIRI, DN.

HIERONYMI LAMPRECHTI,

CIVIS SERVESTANI PRIMARII

SPONSI:

Cum lectiſsima, & pudiciſsima Virgine

URSULA,

Prudentiſsimi, Eruditione, Autboritate, multoq; rerum uſu conſpicui VIRI,

DN. JOACHIMI HANISCH,

CIVIS & SENATORIS EJUSDEM REIP.
DIGNISSIMI, FILIA,
SPONSA.

Serveſtæ ipſis Calendis Septemb. ANNO τῆς θεανθρωπήσεως *M. DC. XVII. Celebrandis.*

TAliter haud animo fixum Didonis inhæſit,
Suſtulit ut ſociũ mors truculenta tori.
Æternum vinclis thalami ſubducere collum,
Tempus & in luctu continuare mero:
Qualiter impreſſum menti; immotumque ſedebat,
LAMPRECHTI, ut conjux mortis adivit iter.
Accire in thalamum nullam, propriamque dicare,
Tempus & in luctu continuare mero.
Pectus erat nulli Veneris penetrabile telo,
Thorax ex chalybe, & conditus, ære Tibi.
Pòſt, mox commodior placuit ſententia, quam nil
Senſiſti viduâ triſtius eſſe domo.
Hoc Tibi perſuaſit tedas iterare jugales,
Atque aliam coſtam jungere fortè Tibi.
Sic homo proponit, diſponit at omnia Numen,
Diſpoſitum in cælis propoſitumque valet.
Solvuntur fato, fato junguntur amores,
Fata ferunt lachrymas, jubila fata ferunt.
Fata torum viduant, viduatum fata maritant,
In Sponſo eſt viduus, Sponſus & in viduo.
Sic Te luſerunt Sponſum, ſic fata maritum
Nunc iterum Sponſum fata creant viduum.
Ecce Rotæ curſum fatalis, Sponſe ſecunde,
Fata tulêre tuam, fata dedêre tuam.
Sed ſcio, quod tritos audis, nove Sponſe, ſuſurros,
Intras cum cultâ virgine quando torum.
Illam, non hanc, non illam ſociare, ſed iſtam
Debueras fato proſperiore Tibi.
Eſtò, decora Tibi jungatur coſta, lucratur
Conjugibus panis forma venuſta parum.
Nympharumque color præſtans, in conjuge vitâ
Aut perit, aut morbos arguit innumeros.
Quicquid inaudis ſunt nugæ, ſunt verba Thraſonum,
Dic mihi præ reliquis URSULA ſola placet,
Dum genus, & formam, vocemque, habitumq; puellæ,
Et faciles mores ingeniumque cupis:
URSULA ſola datur Tibi, quæ mî ſanguine juncta,
Rellictis aliis, hæc quia ſola placet.
URSULA ſola Tibi datur, hanc quia diligis, una
Salva ſit illa Tibi. Cætera turba vale.
Urſa tuæ nunquam vitæ ſiet URSULA: tecum
Sed vitam placidi Turturis inſtar agat
Cedat Eris: firmam teneat concordia ſedem,
Tædia nec tedæ, nec ſit amaror amor.
Cœptus amor, voveo, creſcat, ſit firmus in omne
Ævum, blanda UXOR PAREAT & PARIAT.

Amoris, & boni ominis ergò accnebat

Joachimus Gottwald *Frideberg. Sil.*
SPONSÆ Conſobrinus.

FElices inter numerabitur, optime Sponſe,
Cui venit in thalamum Sponſa pudica ſuum.
Namq; DEI donum eſt pia, pulcra, & caſta virago,
Nec, niſi cœlicolûm munere, nuptadatur.
O ter ſis felix, totoq; ex aſſe beatus!
In thalamum talis dum tibi Sponſa venit,
Quam tibi legiſti multis è millibus unam,
Quæ fuit una tui cordis amica quies.
Illa dies igitur cum venit, ſæpè gemendo
Quam, Sponſe, optaſti, quâ tua feſta locas:
Atq; Tibi, Sponſæq; tuæ nova dicere verba
Fas eſt, quis bona non dicere verba velit?
Ergo etiam veſtris mea, quæ fero, munera tedis,
Sponſi, ſunt animo vota profecta pio.
Vivite concordes: tranquillam vivite vitam:
Attingant veſtrum triſtia nulla torum.
Vivite ſic multos, Sponſi, feliciter annos:
Sitq; novus felix prole frequente torus.
Vos regat, & veſtras ſociet ſpirabile Numen
Mentes: vos inter mutuus exſtet amor.
Hæc mea vota, DEUS, faciat rata, Rector Olympi
Qvi, prece quod quærit mens pia, ſuppeditat.

Benè apprecando ſcribebat F.

Johannes Gottwaldt Junior Frideberg. Sil.
SPONSÆ Conſobrinus.

TYPIS JOHANNIS VVEIDNERI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-592044-p0004-2

96
108

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-592044-p0005-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-592044-p0006-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-592044-p0007-9

Nr 1996

8

ULB Halle 3
002 063 808

nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!
28 a / 50 1996 /

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-592044-p0008-5

96.

109

HIMIHA

NTORE EJUSDE

RRISSIMÆ FILIÆ,
SPONSA.

URSULA ſola T
Salva ſit illa
Urſa tuae nunquam
Sed vitam p
Cedat Eris; firm
Taedia nec
Coeptus amor; v
Aevum, bla

Di-

tori.
cre

cro:
at,